



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Prædicatoris periculum. Tit. 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

TITVLVS II. 5

causam salutis, nostris operibus, sed DE O propter Christum &c. Est enim differentia inter iustificatio- nem & remunerationem.

PRAEDICATORIS PE-
riculum.

TITVLVS II.



Vgustinus Ser. 163. de tēpore, Duo sunt In princi- pio libelli
in prädicatorē vel Episcopo confide- de pastori-
randa: vnum, quòd Christianus est: Al. terum, quòd prädicator, præpositus, bus.

Episcopus: illud quòd Christiani sumus, propter nos est: Quòd autē prädicator vel Episcopus, propter populum est. Sunt ergo multi Christiani, & non præpositi vel prædicatores, & sacerdotes qui ad Deum perueniunt faciliori itinere, & tantò expedi- tiùs ambulantes, quantò minorem sarcinam portāt. In eo enim quòd sumus Christiani, pro nobis oportet reddere rationem de vita, Matth. 18. Redde ratio- nem villicationis tuæ. Et 2. Cor. 5. Omnes stabimus ante tribunal Christi &c. In hoc autem quòd sumus Episcopi & prædicatores, rationem reddemus Deo de dispē satione nostra, & de ouibus commissis, Heb. Eccle. 12. 13. & 1. Petr. 5. Venit enim dies, quo cuncta adducun- tur in iudicium.

Secundò, grauiſſimum est audire sententiam Dei: Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & Eccle. 3. audies verbum de ore meo, & annunciaris eis ex me: Si dicēte me ad impiū, morte morieris, nō annuncia- ueris ei, neq; locutus fueris, vt auertatur à via sua im- pia & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguis autē eius de manu tua requirā: si autē tu an- nūciaueris impio, & ille nō fuerit cōuersus ab impie- tate sua &c. Et cap. 34. inquit Deus per Prophetā: Lac comedebatis & lanis operiebamini, & quod crassum

4 SVMMA DOCTR. CHRIST.

1. Tit. 4.

erat, id est, sanum, occidebatis malè viuendo, malum exemplum præbendo. Ideo Apostolus non sine causa dixit Tit. 2. Circa omnes teipsum bonorum operum exemplum præbe, & forma esto fidelium. Sic occidatis, gregem autem meum non pascitis.

Secundò, quod infirmum fuit, id est, contribulatū & perturbatum in spiritu ex tentatione sathanæ, vel quia sit damnatus, nec possit saluari, &c. non confortastis scilicet in Christo, q̄ hic venit peccatores vocare ad pœnitentiam, Luc. 5. 1. ad Timo. 1. id est, tales infirmos in fide.

Tertiò, quod ægrotum est, non sanastis, id est, pro tali infirmo in fide non orastis, non fecistis quod fecerunt illi paralytico homini, qui portant infirmum ante Christum, Matt. 9. Quartò, quod confractum est, non alligastis, id est, qui incepit dubitare, & in desperationem cadere, illum non alligastis, sicut medicus facit vulnerato, Lucæ 13. Quintò, quod abiectum, id est, ab Ecclesia scissum per hæresim, non reduxistis per sanam doctrinam Euangelij & catholicam, Ad Tit. 1. qui potēs sit exhortari in doctrina sana.

Lucæ 15.

1. Cor. 6.

Sextò, quod periërat, non quæstistis, sicut Christus humeris suis portauit ouem perditam, id est, prædicatione errantes non corripuistis, vt cessent à fornicatione, ebrietate, odio, inuidia, &c. Tales regnum Dei non possidebunt: sed cum austeritate imperabatis, & cum potētiā: ideo dispersæ sunt oues meæ, eò q̄ non est pastor. Et factæ &c. Væ igitur talibus pastoribus.

Tertiò inquit Propheta: Ecce ego requirā gregem meum de manu eorū. Secundò, eos faciam cessare, vt vltra non pascant gregē meum, & ampliùs non pascāt semetipfos. Tertio, liberabo populum meum ab eis, & non vltra erit eis in escam, &c. Hic apertè notatur desolatio sacerdotum propter negligentiam, & sic sequetur duplex pœna, temporalis & æterna, &c. magnum igitur est periculum &c. Vide infrà Titulum 270.

lum 270.

TITVLVS III.

lum 270. quomodò honor tolletur à sacerdotibus.

PRAEDICATORIS CON-

stantia.

TITVLVS III.



VGVST. in Ioan. tract. 27. Hoc qui-
libet prædicator studere debet, vt verū
sit quod loquitur & docet. Et si ppter-
eā habeat osiores, cōtradiçtores, reces-
siores, non curet: sic enim & Christo fa-
ctum est. Nam prædicans fidem in illū, quod talis nō
moriatur in æternum, volebant eum lapidare, dicen-
tes: Abraham mortuus est, Ioann. 8. prædicans de ve-
nerabili sacramento, quòd fide Christus comedere-
tur & biberetur, abierunt, dicentes: Durus est hic ser-
mo, &c. Ioan. 6. Item docens populū, quæ essent quæ
coinquarent hominem, Matt. 15. Pharisei sunt plu-
rimū scādalizati, cū dixit: Quod intrat in os, &c.
Ioan. 7. mittunt Pharisei ministros, vt apprehendant
Iesum. At illi audientes eum prædicare, nō capiunt il-
lum, sed respondent Phariseis: Nunquā sic locutus
est homo &c. & alij dicebant, quia bonus est: Alij,
Non, sed seducit turbas &c. Ioā. 7. Et Paulus 2. Cor. 6.
inquit: Vt seductores, & tamen veraces: ergo oportet
prædicatōrē esse constantem, etiam si aliqui recedūt,
aliqui odiunt, etiam multa mala minētur: saltem vi-
deat, quòd verum sit quod doceat.

Secundò, Augu. lib. 50 homiliarū, homilia 11. Præ-
dicator etsi promitteret securitatem peccantibus, &
placencia illis diceret, sicut Esai. dicit 50. Prædicare
nobis placencia &c. Et Paulus, 2. ad Tim. 4. Erit enim
tempus cū sanam doctrinam non sustinebunt, sed
ad sua desideria &c. Sic cōqueritur Dominus per Je-
remiam Prophetam de falsis prophetis cap. 14. Dicet
vobis, Non veniet gladius, &c. Et Ezech. 13. Decepe-
runt populum meum, dicentes, pax pax, & nō est pax.

Aa 5 & sic